

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicicia f
cum fonte primo

Nichil sic probat amicum
quemadmodum oneris amici supportacio.

Nihil enim sic probat amicum
quemadmodum oneris amici portatio.

Augustinus Hipponensis, *De diuersis
quaestionibus*, 71.1 (CCSL 44A, A.
Mutzenbecher ed., p.201, ll.29-30).

Nemo nisi per amiciciam cognoscitur,
et ideo amicorum mala firmiter sustinemus
quia bona eorum nos delectant et tenent.

Nulla modo autem de quoquam homine
incognito ferenda sententia est; et
nemo nisi per amicitiam cognoscitur.
Et ideo amicorum mala firmiter sustinemus,
quia bona eorum nos delectant et tenent.

Augustinus ibidem (libro LXXXIII.
questionum).

Augustinus Hipponensis, *De diuersis
quaestionibus*, 71.5 (CCSL 44A, A.
Mutzenbecher ed., p.205, ll.104-107).